THEODORI GUILIELMI IOHANNIS IUYNBOLL

O R A T I O

DE

HODIERNA STUDII LINGUARUM
ORIENTALIUM CONDITIONE,

PUBLICE DICTA

DIE XXII IUNII ANNI MDCCCXL,

CUM

LITERARUM ORIENTALIUM PROFESSIONEM IN ATHENAEO FRANEQUERANO AUSPICARETUR.

1

Locus, in quem adfcendi et munus, quod fufcipio, animum varie commovent atque conturbant. Venienti enim in memoriam virorum, qui ex hoc fuggeftu verba fecerunt, occurrunt mihi clara illa nomina, quae Frifiae, quae Patriae noftrae gloriam per totum eruditorum orbem propagarunt. Ex his nonnulli de noftra Literarum Orientalium disciplina et olim egregie funt meriti, et etiam nunc infigniter mereri pergunt. Horum virorum veftigiis infiftere, quam difficile fit, cum omnes intelligunt, tum ego, fi umquam alias, nunc penitus perfentio.

Muneris gravitatem augent praecipuae quaedam moleftiae, quibus ipsa illa ftudia premuntur. Cuius rei caufis eorumdem in primis accenfenda est cum maximam partem novitas, tum immenfus ambitus. Ut enim amplae regiones, per multa, quae in eas fiunt, itinera demum explorantur; diu vero manca atque imperfecta esfe folet earum notitia: fic in illis ftudiis, quorum campus, quo ulterius pergas, eo latius patere videtur, aliae partes maiora in dies incrementa capiunt, aliae vero, vix inchoatae, adhuc intra prima cognitionis initia confiftunt.

Quod ut probem, et fimul, quae noftra maxime aetate ad disciplinam noftram amplificandam praeftita fint, demonftrem, non ingratum vobis fore con-

fido, Auditores, fi dicam, *de hodierna ftudii linguarum Orientalium conditione.* Argumentum, fateor lubenter, amplius quidem, quam ut arctis orationis finibus comprehendi, graviusque, quam ut a me pertractari posfit: neque tamen omni et iucunditate et utilitate deftitutum. Ne vero veftra benevolentia abutar, utque meis etiam viribus confulam, intra primas tabulae lineas me continebo. Quod dum facere conabor, veftram, Auditores Humanisfimi! in me audiendo indulgentiam etiam atque etiam rogo.

Si variam fortunam, quae Literarum Orientalium ftudiis olim obtigit, perpendimus, nemo facile dubitat, quin mutata eorum ratio et valde emendata fit. Laudamus et admiramur operam illorum heroum, qui, primi ftudiis illis manus admoventes, fundamenta iecerunt, quibus aedificium deinde fuperftruendum esfet. Quibus quoniam ex noftratibus annumerandi funt ERPENIUS, Arabici ftudii conditor, et, ut alios omittam, Hebraicae linguae ftator ac vindex, ALBERTUS SCHULTENSIUS, haud exigua profecto voluptate perfundimur. Sed quanta Veterum molimina fuerint, tot tamen tantaque facienda reliquerunt, ut, nifi plures, quam antea, fe his literis dicasfent, de feliciore, celeri faltem, progresfu omnino desperandum esfet. Verum ante hos quinquaginta, et quod excurrit, annos, huius disciplinae fortuna laetior esfe coepit. Angli, quo facilius magnam auctoritatem, quam in Indiae oris nacti erant, tuerentur, et fummum ibi imperium obtinerent, mores, leges, linguasque tam Indorum, quam totius Orientis diligenter inveftigarunt. Prudenti fane confilio et admodum efficaci! Ab hoc inde tempore fchola Calcuttenfis floruit, quae, fummorum Magiftratuum aufpiciis condita et perpetuo confervata, egregie de Literis Orientalibus meruit, et opera edidit permulta, immenfa, praeclara.

Anglorum inceptum aemulationem Gallorum excitavit. Hi nimirum eadem imperii promovendi et laudis, quae disciplinis excolendis paratur, cupiditate flagrantes, felici illius conatus eventu cognito, quadraginta circiter abhinc annis, fcholam, in qua hodiernae Afiae linguae, *viventes*, ut aiunt, docentur, Parifiis inftituerunt.

Eiusmodi exempla alias etiam Europae gentes ftimularunt. Germanorum

ſcholae, Berolinenſis, Bonnenſis, Hallenſis, Göttingenſis, et, ne alias enumerem, Petropolitana in vaſto Rusſorum imperio ab omnibus merito celebrantur, in iisque, ſtudia Orientalia tanquam in arcè collocata ſunt.

Gaudemus ergo, Auditores! noſtram disciplinam, quae olim privata paucorum videbatur posſesſio, iam cum pluribus esſe communicatam. Accedit, quod quae antea anguſtioribus finibus continerentur, nunc quam latisſime pateant. Si paucos excipias, qui Perſarum Turcarumve literis operam dederunt, omnes fere, quotquot linguis Orientalibus ſtudebant, dialectos, quae vocantur *ſemiticas*, tractabant. Nunc vero non Iordanes aut Euphrates, non Indus aut Ganges terminos amplius conſtituunt, quibus ſtudia Orientalia circumſcribuntur, ſed gentes, quae ultimas Aſiae oras; gentes, quae inſulas, ab ea longisſime remotas, incolunt, viros doctos noſtra aetate occupatos tenent.

Ac progresſus quidem, quos plurimi in plerisque Aſiae linguis iam fecerunt, ſunt ſane mirifici. Dialectos parum cognitas, in lucem prolatas, alias notas quidem, ſed a nemine ferme explicatas, indefesſo multorum labore patefactas videmus. Per aliquot ſaecula ab omnibus celebrati ſunt nobiles illi, qui in Oriente floruerunt, Philoſophi; neque tamen quisquam exterorum in interiorem operum, quae reliquerant, notitiam penetraverat. Nunc vero non amplius opus est verſionem adire, aut mancas conſulere narrationes. Ipsi fontes ſunt recluſi et libri ſuo ſermone, ſuisque literis typis expresſi. Verbo ut dicam, quae antea fieri non posſe exiſtimabantur, ea iam vel incepta ſunt, vel feliciter ad finem perducta.

Dicta ut exemplis illuſtrem, Auditores! Iure poſtulatis. Longa est iſtarum linguarum ſeries. De *Tubetanis*, *Iapanenſibus*, *Koreënſibus*, ac de variis, in quas India dividitur, dialectis, loqui posſem. Verum ut tempori parcam, de illis gentibus tantum monebimus, quae prae ceteris ſpectari merentur. E quibus primo loco populus animum ſubit, cuius artificioſa ſupellectile maiores noſtri domos ornabant, cuiusque utenſilia hodie etiam a noſtratibus adamantur. *Sinenſes* intelligo, qui cum gentis antiquitate et amplitudine, tum ingenii ſolertia plerisque nationibus praeſtant.

Peregrinatores, et praeſertim doctores, quos Papa Romanus religioni Chriſtianae propagandae in illas terras delegaverat, *Misſionarii* dicuntur, multa ſcitu dignisſima de hac gente iam antea ad Europaeorum notitiam pertulerant. Codices vero, quos hi transmiſerant, quorumque ingens theſaurus in Biblio-

theca Parisiensi servatur, diutissime iacuerunt intacti. Nec mirum! Linguam pauci callebant, quique eius scientiam prae se ferebant, primis labris eam gustaverant. Desiderabantur insuper libelli addiscendae Grammaticae et lexica. Lexicon enim, quod Basilius Glemonensis ediderat, propter formam et splendorem, ad ostentationem potius, quam ad usum quotidianum destinatum esse videbatur. Quo factum est, ut maiores nostri de Sinensium moribus et legibus, de religione eorum et philosophia notitiam aut nullam aut maximam partem perversam acceperint.

His omnibus nostra aetate nova lux oboriri coepit. Egregiis linguae cognoscendae subsidiis paratis, ad cuiuscumque generis scripta cuique aditus patet. Multa quoque iam edita sunt. In his dramata nonnulla et fabulae milesiae. Sed omnium librorum gravissimi sunt libri *Khoung-tseu*, vel, ut vulgo appellatur, *Confucii*; et, qui ex eiusdem schola profecti sunt, Commentarii, quos Sinenses in classica scripta quaedam confecerunt. Illud ut habetur praeclarum scribendi rationis exemplum, et philosophiam imperiique instituta enucleate diluccideque exponit; ita ex his, si modo cum iudicio legantur, civitatis administrandae ratio, necessitudines, quae Sinenses inter aliosque populos intercesserunt, artium denique disciplinarumque progressus possunt cognosci.

Relictis Sinensibus, ad *Indos* nos conferamus, quibus nulla gens in toto Oriente cum propter linguae praestantiam, tum propter ingenii cultum, celebrior umquam fuit.

Innumerae fere sunt Indorum linguae et dialecti, quarum haud paucas viri docti nunc explorant. Omnium tamen nobilissima est *Sanscrita*, lingua, quae remotissimis temporibus a populo septentrionali una cum Brachmanorum institutis in Indiam illata esse videtur. Egregie elaborata atque eiusdem est originis, ac pleraeque dialecti, quibus nunc Europaei loquuntur, quin formas vocabulorum Graecae linguae atque Latinae maximam partem conservavit. Quarum linguarum collatio, quo diligentius instituetur, ut iam a nonnullis fieri coeptum est, eo facilius singulorum verborum origines detegentur, eo apertius significationum progressus declarabuntur, eo certius iudicare poterimus de obscuris illis quaestionibus, quae in universo linguarum studio, atque, ut exemplum ex antiquitate petamus, quae in Homeri interpretatione supersunt.

Laetamur ergo Auditores! aequales nostros ferventi ardore et nobili aemulatione in has literas incumbere. Alii enim antiquitatem, alii grammaticen summa cum felicitate interpretantur. Ac vix dici potest, quantum emolumenti variis disciplinis amplificandis iam exinde accesserit, et identidem sit accessurum. Poëseos, ut hoc utar, dramaticae conditio nobis iam quodammodo innotuit. Qua cognitione, quamquam tenui adhuc, insigniter tamen auctam esse rem literariam, ultro fatebuntur ii, quibus compertum est, hoc genus poeseos per duodecim saecula ab Indis fuisse excultum. Ex multis eiusmodi carminibus, quae vel sanscrite prodierunt, vel in alias linguas conversa sunt, omnium instar *Sacontalam* indicasse sufficiat.

Poeseos mentione facta, silentio praetereunda non sunt nobilissima illa et amplissima carmina, *Ramayäna*, cuius integra editio paratur, et *Mahabarata*, cuius multae partes in lucem iam prodierunt. In utroque traditiones reperiuntur permultae, Indorum et philosophiae et antiquissimae historiae investigationi utilissimae.

Verum longe maioris pretii sunt leges *Menoui*, clarissimi illius Indorum Sapientis, quas primum Angli, deinde Galli publici iuris fecerunt. Non uno nomine ille Codex omnium monumentorum, quae ex Oriente servata sunt, maximi aestimatur. Indiam depingit, qualis ante quatuor annorum millia fuerit: mores et leges, quae in eo delineantur, Iurisprudentiam; notiones, quae de Deo rebusque sacris traduntur, Religionis doctrinam; cuncta Humanitatis historiam mirifice explicant atque illustrant.

Cum lingua Sanscrita arcte coniuncta est lingua, qua veteres Persae loquebantur, quamque *Zend* vocant. Ab Europaeis, quin ab ipsis Persis recentioribus turpiter olim neglecta, nostra aetate inter Germanos Gallosque studiosos nacta est. Quorum industria, praecipue eorum, qui etiam in rerum Indicarum cognitione operam curamque posuerunt, effectum est, ut sperare liceat fore, ut gravissimae illae de ingenii cultus inter gentes Orientales initiis ac progressu quaestiones ita aliquando solvantur, ut nulla amplius de hac re superesse posit dubitatio.

Libri hac lingua conscripti sunt gravissimi; in iisque unus, cuius auctor, Menouo non minus clarus, magis etiam nobilitatus est. Intelligitis, Auditores! me de ZOROASTRE loqui, qui, *Zendavestae* conditor, superioris Asiae legislator fuisse perhibetur. Ante hos fere quinquaginta annos Anquetilius,

a quibusdam Perfarum doctoribus adiutus, Gallicam eius verfionem confecerat. At verfio illa, quamvis fummis laudibus digna, multa tamen defideranda reliquit. Huic defiderio ex parte fatisfiet duplici *Vendidad-zadae*, fummi libri, editione, quam rei grammaticae fingulorumque vocabulorum accurata et diligens expofitio comitabitur.

Anglis maxime auctoribus *recentiorum* Perfarum literae fortem expertae funt non prorfus infelicem. Excitatum est illarum ftudium cum auctis emendatisque lexicis, tum apertis ditisfimis librorum varii generis thefauris. Perfae nempe, quibusvis fere artibus et disciplinis excellentes, opera condiderunt egregia; quorum tanta quoque multitudo Arabice exarata est, ut fubinde dubites, utri, Perfae an ipsi Arabes, Arabum literis magis profuerint.

Ex multis Perficis fcriptis tria potisfimum, quae *edita* funt, commemorari merentur, quorum magna est apud Orientales exiftimatio. Primum est celebratisfimum *de Iofephi et Zuleikhae amore* poema. Alterum continet omnia *Sadii* opera, ex quibus *Gulistan* cum Gentii verfione antea tantum prodierat. Tertium est *Pend-nameh*, carmen *Atthari*, cuius fententiae haud disfimiles funt aureis verfibus, qui Pythagorae nomine circumferuntur. Vastum *Mirkhondi* volumen, fons hiftoriae uberrimus, olim quidem ex Hispanica Texeirae epitome quodammodo, nunc vero ex editis fragmentis melius cognofcitur.

Turcae, quamvis neque Arabes vel Perfas, quos doctores habuerunt, neque gentes recentiores literarum gloria umquam aequaverint, linguam tamen et literas habent, quae, ut indagentur, funt dignisfimae. Cuius rei non infcii Veteres fuam in illis operam collocaverant, et noftri temporis Eruditi collocare pergunt. Meninskyus iam olim lexico edendo de Turcicis literis bene meruerat. Sed prouti nullum opus humanum, ac minime quidem primo conatu, perfectum esfe posfit, ita nec illud omnibus numeris abfolutum erat. Quae igitur in eo erant vitia, in altera lexici editione ab Ienifchio emendata; qui in eo animadvertebantur hiatus, ab eo alīisque fuppleti esfe dicuntur. Novum deinde post Meninskyum ad linguam percipiendam fubfidium accepimus ab Iaubertio. Cuius egregia Grammatica quantopere iuvet ad libros Turcarum rite intelligendos, omnes perfpiciunt, qui iis legendis occupantur. Ex horum etiam lectione ac ftudio commoda haud exigua

in historiam redundant. Hoc testatur Hammeri illud, maximam partem ex ipsis fontibus petitum, opus; cuius viri, utcunque erraverit, singulare tamen est meritum, quod fundamenta iecerit historiae gentis, quam ante eum pauci literarum Turcicarum periti attigerant.

Ampla in studiis Orientalibus lacuna, cuius origo, ne alias causas memorem, ex neglectis etiam *Georgiorum Armeniorumque* literis erat repetenda, expleri coepta est. Russi nimirum, ex quo tempore Georgios sub suum imperium redegerunt, una deinde cum Gallis Georgicam quoque linguam cum aliis rationibus, tum libris elementariis edendis commendare non desinunt. Quae studia quantum prosint ad huius populi, aliarumque gentium, quae Caucasum incolunt, mores religionesque et fata cognoscenda, quantum ad Alexandri Magni, ad Graecorum denique ac Romanorum Moslemorumque expeditiones melius intelligendas, docuerunt cum egregiae Chardinii, Peyssonnellii, Klaprothii et Sancto-Martini observationes, tum Chronica nonnulla, quorum editio cum addita versione a Brosseto aliisque paratur.

Nec minus lucri ex insigni harum literarum copia historia Ecclesiastica faciet. Georgii enim ab initio circiter quarti post Christum saeculi, literis dediti, omnes fere Patres Ecclesiasticos in suum sermonem transtulerunt, quorum collectio, ut aiunt, in monte Atho servatur. Verum, quod maxime dolendum, aditus, ne dicam usus, nemini, nisi Monachis, coenobi incolis, adhuc conceditur.

Talibus studiis delectati, poesin tamen Georgii non contemserunt. Regionem habitantes, poetis formandis valde idoneam, a Graecis doctrinam de accentibus, cui ipsorum Prosodia innixa est, a Persis vero rhythmum finalem mutuati sunt.

Minorem laudem sibi conciliarunt artibus exercendis et disciplinis moralibus civilibusque tractandis. Unicum, quod ex Georgia superest, legislationis monumentum est Codex, circa finem saeculi septimi decimi compositus a Wakhhtangio quinto, Georgiae rege, qui sui regni historiam ipse conscripsit et Sacrae Scripturae editionem praeparavit. Complectitur ille Codex, cuius, ut fertur, exemplum Ms. Romae reperitur, tam Iudaicas, Armeniacas et Byzantinas, quam Georgiae regum, ipsiusque Wakhhtangii leges atque instituta.

Verum hoc rege multo nobilior fuit Thamar regina, quae, Semiramidis

instar, praepotentibus Mogolorum copiis, restitit, literisque adeo favit, ut tempus, per quod regnaverit, aetas aurea literarum Georgicarum nuncupetur. Tunc enim permulta opera conscripta sunt, in quibus haud paucae fabulae milesiae, quarum, quae *Tariel* vocatur, omnium habetur praestantissima.

Ex nonnullorum opinione *Armenii* eiusdem sunt originis atque Georgii, quod tamen propter linguae, qua utuntur, diversitatem parum est probabile. Illi, Persarum imperio per longum tempus obedientes, Alphabeto diu caruerunt: quare graviter metuendum erat, ne ipse populus cum gentibus finitimis tandem coalesceret, et lingua Armenica in oblivionem abiret. At libertate recuperata, Persarum, Syrorum, Graecorumve elementa, quibus adhuc usi erant, Merobis beneficio cum propriis literis permutarunt: quae, numero ad octo et triginta deinceps accrescente, varios linguae sonos distincte reddunt. Graecos tamen et Persas, Syrosque, quorum exemplum in elementis efformandis secuti erant, non solos doctores habuerunt, sed Arabes etiam. Ab his enim, quorum maxima fuit in populis Asiaticis excolendis efficacia, receperunt metra una cum versibus, in eandem syllabam exeuntibus.

Si qua aetas cum literarum renascentium aetate potest conferri, certe est illud tempus, quo Alphabetum apud Armenios inventum est. Tunc enim vehementi ardore correpti, cum a Principibus, tum magis etiam a Clericis impulsi, in omnis generis disciplinas involarunt, utque exempla, quae sequerentur, haberent, ab optimis quibusque scriptis, Graecis praecipue, vertendis initium fecerunt. Verum quod deinde apud gentes Europaeas secutum est, saeculum, operibus ex ipso ingenio ortis nobilitatum, tale Armenia non vidit. Interpretes ibidem classici scriptores et erant et semper manserunt. Quam tamen ob caussam Armeniorum literae minime sunt contemnendae. Continent enim illae versiones eximias, atque alibi frustra quaesitas, Graecorum in primis scriptorum, reliquias. Sic, ut hoc utar, certiores facti sumus de argumento deperditae cuiusdam Euripidis tragoediae, *Peliadum* nomine. Neo parvae utilitatis sunt Armeniacae interpretationes ad Eusebii, Philonis, aliorum, contextum cum melius constituendum, tum pluribus etiam locis augendum.

Philosophorum explicatio praecipue magnum sane incrementum ex iis cape-

re potest. Ea est enim Armeniacae linguae ratio ac copia, ut, si Graecum Germanicumque sermonem, atque artificiosa scholasticorum vocabula excipias, nulla facile reperiatur, qua subtiliter cogitata Philosophorum magis proprie et perspicue possint enuntiari. Davides Armenus, unus ex praeclarissimis saeculi quinti Neoplatonicis, suo illud exemplo comprobavit. Hic, si quis alius, Aristotelem memoria tenebat, ex eoque non tantum locos innumeros, et integra fragmenta libris suis inseruit, sed totos etiam libros vertit. Quae, quamvis Armenice descripta, cum versionibus Syriacis testium instar vetustissimorum habenda et a Criticis maximi facienda sunt, quippe Codicibus Aristotelis multo antiquiora, quorum plerique ex saeculo quarto decimo, pauci ex saeculo undecimo originem suam repetunt.

Sed non interpretis modo, verum scriptoris etiam officio Davides optime functus est. Hanc laudem sibi comparavit cum commentariis, quibus aliquot libros ornavit, tum operibus nonnullis. Quorum quaedam, theologiam licet exponant, veterum simul Philosophorum effatis sunt referta, atque ea tradunt, quae temporum iniuria nobis adhuc subtraxerat.

Quae cum ita sint, Auditores! neminem esse credo, qnin aegre ferat, per longum tempus non nisi paucos fuisse, qui ad Armeniorum literas animum attenderent. Quod quo vehementius dolemus, eo magis nostrae aetatis eruditorum laudamus diligentiam. Mekhitaristis, Monachis Armeniacis, Sancti Lazari monasterium, quod est Venetiis, tenentibus, illius studii instaurati honos in primis est tribuendus. Hi enim ante hos aliquot annos selecta quaedam Armeniorum scripta, formâ, ut aiunt, duodecimâ, promulgaverant. Nunc vero consilium inierunt, in eoque perficiendo iam studiose versantur, omnes, qui ad finem usque saeculi quinti decimi vixerunt, auctores in lucem proferendi. Ut Mekhitaristis, ita etiam Sancto-Martino, Scholae Armeniacae Parisiensis conditori gratiam habere omnes oportet, qui operibus utrum suae gloriae an Armeniacis literis atque universo Geographiae, Historiaeque studio magis profuerit, haud facile definias.

Omissis, quae v. c. de scriptura, quae a *clavis* nomen est, quaeque de rebus Aegyptiacis memorari possint, reliquum dicendi tempus linguarum *Semiticarum* mentioni tribuam. Quibus quidem in studiis progressus nostro aevo factos esse permagnos, ille sine dubio intelliget, qui pristinam eorum conditionem cum conditione praesenti comparat.

Itaque ut hinc ordiar: quemadmodum literarum Orientalium universe, sic et harum linguarum fines longe lateque sunt prolati. Quod ut appareat, oculos convertatis, quaeso, ad editos poetas, omnisque generis scriptores, praesertim Arabicos. Quorum tantus est numerus, ut, quominus omnes, aliosque, quorum editio paratur, enumeremus, verecundia vetet. Nihilominus, si edenda cum editis conferas, infinita copia remanet. Quae tamen quin futurum sit, ut deinceps aliquando, paulatim licet, in lucem proferatur, fervens ille, quo magna quaeque aetate nostra suscipiuntur, ardor nos dubitare non sinit.

Accedit, quod Grammatices studia, a Veteribus inchoata, aequales nostri alacriter persequuntur. Cuique notum est eximium illud Sacyi opus, quo Arabicam linguam ex doctorum Arabicorum maxime effatis explicavit. Neque etiam quemquam latent Grammatici, quos Germania tulit, qui Sacyi exemplo excitati, de lingua Hebraea praecipue exposuerunt, et etiamnunc exponere pergunt. Invidiae non esset absolvendus, qui Alberto Schultensio, Schroedero aliisque Veteribus, magna merita abiudicaret. Nomina illa, Auditores! sunt, manentque immortalia! — Verum summa quoque est iniuria Veteres omnes anteponere Gesenio v. c. et Ewaldo, quibus Palmii et Hamakeri discipulum, Roordam nostrum nos adiungere oportet. Schroederi enim *Institutiones*, ut sese commendant perspicuitate, apta capitum dispositione, diligentia denique, syntaxi explicandae adhibita, ita Roordae *Grammatica*, cuius prior pars tantum prodiit, dictionis concinnitate excellit, tum etiam hodiernae illius disciplinae conditioni accommodata est.

De novorum lexicorum edendorum necessitate inter omnes constat, tum quoniam pleraque perrara sunt facta et pretiosissima, tum quia insigni vocabulorum numero augeri, vocabula vero iis iam inserta, melius subinde explicari debent. Nec mirum! Grammatici studiosius consulti, eorumque sententiae et technicae formulae clarius expositae, dialectorum comparatio prudenter cauteque instituta, significationum vis continua variorum auctorum lectione explorata, magisque stabilita est. Quorum qui specimina quaerit, Philologorum commentarios perlustret, tum maxime, vel integra iam, vel partim adhuc edita, Gesenii, Wineri, Freytagii lexica.

Quo acrius dolemus, nullas amplius, ut videtur, detectum iri veterum Hebraeorum reliquias, eo impensius laetamur Codicis Hebraei interpretationem

mirificas ex illis lucubrationibus utilitates percepisse. Eo etiam avidius novum arripiendum est ad vocabula vel dubia vel obscura illustranda subsidium. Studium dico *linguae Punicae*, quâ nulla profecto e dialectis vicinis dialecto Hebraeae similior fuit. In monumentis vocabula nobis servantur, quibus Hebraei sine dubio usi fuerunt, quorumque in Codice Hebraeo vel obscura vel nulla prorsus sit mentio. Atque illa multi expediverunt, tum in primis, qui omnes fere linguas Orientales studio suo complectitur, scriptisque suis ornavit vel ornaturus est, Henricus Arentius Hamakerus.

Metri leges, ut hoc addam, quas utrum Hebraei noverint, etiamnunc disputant, apud Arabes Syrosque repertae sunt. Quibus neglectis, ut omnis Poetarum interpretatio vacillat, ac semper quodammodo incertum manet, quaenam germana sit lectio, ita earumdem observatio etiam carmina festiva et iucundiora reddit, iisque eximium addit ornamentum.

Sed quid plura? Dicere possem de *ratione liberiore*, qua radicitus evelluntur praeiudicatae opiniones, quibus studium illarum linguarum, Hebraicae in primis, turbatum obscuratumque fuit. Exemplis possem probare, quantum cum Codicis Hebraei, tum Novi Testamenti interpretatio exinde profecerit, et in dies etiam proficiat. Nec pauca dicenda restant de usibus, quos affert mutata studiorum conditio ad Historiam et Antiquam et praesertim Medii Aevi critice enucleateque tradendam. Verum ne vestra, Auditores! benevolentia abutar, hic subsistendum est.

Ad vos me converto, Viri illustres, huiusce Athenaei, celeberrimae quondam Frisiorum Academiae, Curatores! Regi Augustissimo, qui me ad splendidum hocce munus gerendum designavit, et Vobis maxime, qui me commendastis, illam felicitatem acceptam refero. Quid mihi iucundius, quid optabilius, quid beatius esse potest, quam toto pectore in munus incumbere, quo in perpetuum devinciar ei disciplinae, quam prae caeteris semper amavi, quaque unice delector! Ne tamen nimia a me exspectetis. Sed nostis latissimum studiorum illorum ambitum, nostis difficultatem! A Iuvene certo non ea exigitis, quae Vir praeclarus, cui succedo, ea, qua est eruditione, facile omnino, apte, prudenterque praestitit. Quae quominus ego praestem, et aetas impe-

dit, et ftudiorum, quae mihi, aliud munus gerenti, aliquamdin intermittenda fuerunt, revocandorum necesfitas. Vernm, ut optima hac, quam Regis Anguftisfimi beneficio, Veftraque benevolentia nactus fum, ftudiorum asfidue perfequendorum opportunitate fponte allicior, ita quoque ad hanc provinciam, quantnm in me est, ftrenue alacriterque tuendam, novo ardore, et fancta religione me impulfum fentio. Deum Optimum Maximum fupplex precor, ut, quemadmodum in omni vita maxime infignia mihi Paternae curae documenta benignisfime largitus est, ita in muneris, quod iam mihi aufpicari contigit, geftione vires meas fuftentet meosque conatus fauftos ac felices esfe iubeat. Quae fi mihi ex voto cedunt, non dubito, quin Veftro favore etiam in pofterum fim fruitnrus.

Nec parva profecto est voluptas in gloria Athenaei noftri vindicanda Vobiscum contendere, Viri Clarisfimi, quos *Collegarum* nomine me compellare et laetum et mihi gloriofum duco. Ea enim est non tantnm huius Ordinis, fed Veftra, meritis comparata, nominis celebritas, ut mea laude multo fuperior putanda fit. Excipiatis me animo fincero, benevolo, amico. Nihil ad vitam transigendam est iucundius, nihil ad disciplinas, quas quisque noftrum profitetur, colendas et undecumqne augendas accommodatius, quam fi mutua inter nos benevolentia perpetuo iungamur. Quod ut fiat ego Vobis fpondeo me omni opera enifurum.

Vos autem dum intueor, Viri Nobilisfimi! alii etiam mihi ante ocnlos verfantur, qui locum illum, quem Vos nunc tenetis, olim occuparunt, *Voorftius* in primis, ac *Hengelius*, tum maxime *Hamakerus*. Illis enim ut multa debeo, quae gratus femper recordor, ita hic tot, qnot nemo alius, beneficia in me contulit. Si mihi pio defiderio obfequi liceret, in tanti Viri laudes excurrerem, ac fingnlaria eius in me merita exponerem. Sed omnibus notus est Vir praeclarus, Patriae decus, infigne Academiae Lugduno-Batavae ornamentum, cuius immenfam doctrinam, acntum iudicium, acre ingenium tota eruditorum civitas admiratione et reverentia profequitur. Ego vero, fi quidquam in Literis Orientalibus profecerim, grato illud animo cum Ipsi, acceptum refero, tum etiam Viro illi Celeberrimo, ac vere unico, mihique femper carisfimo, *Palmio*, cuius humanitas et doctrinae elegantia, cuius dicendi vis docendique ratio, fumma cum venuftate coniuncta, ab omnibus laudatur ac discipulos perpetuo in admirationem rapit.

Horum exemplum ut fequi conemini, Vobis, Iuvenes Ornatisfimi! praecipue Vobis, qui Literis Orientalibus operam navatis, numquam fatis commendari potest. Hos igitur intueamur, Horum veftigiis infiftamus, Hos, quantum fieri posfit, imitemur! Difficile est certamen, quod ingresfi eftis; fed illuftre, fed fplendidum, fed honorificum! Non quidem exigit praefens Orientalium Studiorum conditio, ut omnibus, quas memoravi, linguis ftudeatis. Quas quominus quisque mente complectatur, arcti prohibent fines, quibus humana vita circumfcripta est. Verumtamen hoc in germano Literarum Sacrarum interprete necesfario requiritur, ut linguas calleat, quibus Libri illi exarati funt, et fubfidia ad has interius indagandas, ne prorfus negligat. At hoc, credo, ipsi agnofcitis! Itaque Orientalium Literarum ftudiis, quibus operam dare inftituiftis, ftrenue incumbere pergatis. Si me *duce* uti voletis, omnibus viribus enitar, ut viam Vobis commonftrem, ac faciliorem reddam. Sed habetis *Commilitonem*, habetis *Amicum*, cui nihil gratius, nihil antiquius futurum est, quam ut in Veftros ufus convertat, quod ipse diuturniore atque asfidua exercitatione didicerit. Non habeo nimirum, quod magis exoptem, nifi ut mihi liceat Veftris commodis infervire, ac tuenda illa, quam profiteor, disciplina, Patriae atque huius Athenaei gloriam, quantum quidem a me fieri posfit, fuftinere.